

10000000, ad 9524918. Et quoniam ex hypothesi a, b c, segmentum
 eclipticæ decime spheræ existit gra. vi. minorum primorum xlix.
 secundorum xxxi, igitur dimidium segmentum a b, erit grad. iiii.
 primorum minorum xxiiii, secundorum xlv, fere. At ex quadam ta-
 bula quam ego ad imitationem tabulæ fecundæ Ioannis de Re-
 gio monte composui, ipsa a f, erit 596298, partium, & h f, earun-
 dem dabitur 567969, qualium d f, existit 10000000, igitur per
 eandem tabulam angulus f d h, siue b i, segmentum datur gradu-
 um iiii, minorum primorum xv, secundorum iiii, his demptis ex segmēto
 a b, id est ex gradibus iiii, minutis primis xxiiii, secundis xlv, a i,
 dabitur primorum minorum ix, secundorum xlii, at a i, per diffinitio-
 nem differentia est diuersi æqualisque motus fixorum siderum ab
 initio annorum incarnationis Christi vsq; ad Ptolemei aeram, igitur
 hac numeratione segmentum a i, paucioribus datur minutis quam
 antea. Nunc paulo ante a i, subiiciebatur seu rudi illa numeras-
 tione inueniebatur primorum minorum xv, secundorum xl. Quæ
 quidem minutiarum diuersitas indicat paucis annis ante initium
 annorum incarnationis Christi trepidationem nonæ spheræ vnā
 perfecisse integram reuolutionem super paruis circulis. Igitur
 aliud quoddam motus trepidationis initium scrutandum est, quo
 æqualis diuersisque motus fixorum siderum differentia pro aera
 Ptolemei inueniatur maior minutis primis ix, secundis xlii, mi-
 nor autem minutis primis xv, secundis xl, horum itaque summa
 inuentorum diuersitas, & est minorum vi, atque pro annis domini
 completis 1514, caput 6 nonæ spheræ maneat prope sectionem
 parui circuli orientalem. Et quia per propositionem xii, æqua-
 lis diuersisque motus octauæ spheræ differentia inter Alfonsi re-
 gis aeram atque annos domini 1514, completos existit primorum
 minorum xxvii, secundorum xl, igitur vt minuta prima vi, ad pri-
 ma minuta xxvii, secunda xl, sic sit aliquis numerus ad annos
 bisextiles 263, & dies ducentos 13, completos qui intersunt Al-
 fonsi regis aeræ atque annis incarnationis dominicæ 1514, perfec-
 ctis, talis itaque numerus iuxta hanc proportionem datur bisexti-
 lium annorum fere lvi, quibus motus trepidationis octauæ spheræ
 ante initium annorum incarnationis Christi cœpisset, verum